

**L**ocutus est dñs ad moysen de tabernaculo testimonij et de sacrificijs.  
**Q**uid offeratur pdclico ignorantie a sa  
cerdote uel populo dicit moysi.  
**Q**uid pro negligentia.  
**D**e commendato et inuento si mentia  
tur aut iuret in iuste.  
**D**e holocausto.  
**D**e sacerdote unico et quid offerat.  
**H**ostiam pro delicto.  
**A**dipem et sanguinem et a fera comedū  
non manducandum.  
**D**e sacrificio salutarī.  
**L**auit moyses aaron et filios eius et in  
duit eum uestem sacerdotalem.  
**U**nxit aaron et filios eius uestiuit et  
obtulerunt holocausta et sacrificia  
et descendit ignis et consūpsit omnia.  
**D**adab et abnū offerentes ignem alie  
nū. igni cœlesti consumptū sunt.  
**I**ubet dñs sacerdotes cum accedunt ad  
altare uinum non bibere.  
**D**e sacrificio qd remanserit sacerdotes  
cum suis precipit manducare.  
**D**e peccoribus manducandis.  
**D**e pisib; qui manduentur.  
**D**e uolatilib; non manducandis.  
**D**e peccorib; non manducandis.  
**D**e repulibus immundis.  
**D**e muliere que masculum pepererit.  
**D**e ea que puellam pepererit.  
**D**e tatu lepræ. *Sic m̄tre in castra.*  
**M**undatum aleuria ostendi sacerdoti et  
**D**e macula lepræ in domo.  
**D**e uiro cui fuerit fluxus ex corpore.  
**D**e muliere que fuerit in fluxu sanguinis.  
**N**on debere aaron ingredi assidue int  
erius in sancta. *Sic iunandū*  
**S**eptimo mense decimo die mensis ie  
sacrifica per dei sacerdotes offerenda.

**S**anguinem et per se mortuum non man  
ducandum. *Sic iunandū*  
**M**ortuum et a fera captū non mandu  
candum.  
**C**um omni domestica generis n̄ dormiendū.  
**N**on adulterandum.  
**S**anctos esse debere qui ad deum pertine  
ant. et parentes diligere.  
**R**eliquas messis pauperib; dimittendas.  
**N**on surandum nec mentiendū nec per  
jurandū neq; delaturam faciendum.  
**P**roximū non ledendum.  
**M**ercedem mercennarij non detinendam.  
**N**on maledicis surdo.  
**A**nte cecum non ponis offendiculum.  
**D**um deum tuum timebis.  
**N**on iudicabis in iuste.  
**P**ersonas non accipies.  
**N**on ambulabis dolose.  
**D**on insistes in sanguinem proximi tui.  
**N**on oderis fratrem tuum nec iudica  
bis te ipsum.  
**D**iliges proximum tanquam te. *Sic generi*  
**I**umenta tua non sine corde diuerso  
vate que ex discolorib; est n̄ inducatis.  
**S**i quis dormierit cū ancilla desparsata uno.  
**N**on auguriandum uel auspicandum.  
**D**on profanabis filiā tuā in methiam.  
**V**entiloquos et incantatores non audien  
tes et presbiteros honorandos. *Sic dos.*  
**A**dynamam diligendum.  
**P**ondera et mensuras eque habendas.  
**Q**uicumq; dederit filiam suam prin  
cipi moloch. morte moriantur.  
**Q**uicunq; secutus fuerit ventiloquos  
aut pretantatores perire de dei poplo.  
**Q**ui maledixerit patri uel matr̄i moriat̄. *mōre*  
**A**dulteri pariter moriantur.  
**C**um uxore patris qui dormierit ambo  
moriantur. *Sic moriantur.*  
**S**i quis manserit cum nuru sua ambo

Explicit caplā. Incipit liber iagecra  
quem nos leuiticum dicimus.

**Q**uamq; manserit cum masculo concubi-  
tum libet ambo moriantur.

**Q**uicunq; acceperit mulierem et matrem  
cuius igni tremabuntur.

**Q**uicunq; concubuerit cum quadrupede  
de moriatur. et quadrupedē occidens.

**Q**uicunq; mulier ad aliquod pccatum accesserit  
causa mortis. occiduntur.

**Q**uicunq; acceperit sororem suam ex tur-  
pabuntur de populo.

**S**i quis cum menstruata coierit uel cui  
uxore patris uel auunculi uel confrat-  
ris sui similia paciantur. **I**dos.

**U**ntriloquum et incantatorē lapidan-

**S**acerdotes in nullo inquinari sed esse  
sanctos. **I**nicandū igni tremabit.

**F**ilia uiri sacerdotis si prostituat̄ ad for-  
**D**omo in quo fuerit macula. non acce-  
det offerre dona deo.

**S**acerdotem in quo fuerit immundi-  
cia et sic accesserit ad sancta. extermini-  
nari a deo. et de sanctis extraneus n̄

**M**aculosa et uicosa n̄ offerenda. **I**man-

**D**e sacrificio orationis. **I**ducet.

**D**e sabbato obseruando.

**D**e pascha et azima.

**D**e primitijs messis offerendis.

**D**e mense septimo.

**A**ndolum lucerne oleū inferendum.

**E**um qui blasphemauerit lapidandū.

**E**um qui occiderit occidendū et de iu-

**D**efratre paupere. **I**belco.

**D**e fratre uenundato et comparato.

**I**dola non facienda.

**S**abbata obseruanda. **I**studiant̄.

**B**ellum affuturum si mandata non cu-

**I**ntribulationibus et fame et plagiis ma-

**L**is castigandos. si precepta n̄ seruent̄.

**I**ocū masculi uel feminē prelio offe-

rendū. in pccudib; uero n̄ mutandū.



ocavit  
auī mosse  
illocū ē ei  
dñs de tab  
naclō tes  
timonij:  
diceas.

Loquere filijs isrl̄: et dices ad eos.  
Homo qui optulerit ex uobis hosti-  
am dño de pectoribus id est de bo-  
bus et ovis offerens uictimas. si  
holocaustum fuerit eius oblatio  
ac de armento. masculū immacu-  
latū offeret ad ostium tabernaci-  
li testimonij ad placandū sibi dñm.  
Ponetq; manus sup caput hostie:  
et acceptabilis erit. atq; in expiatio-  
nem eius proficiens. Immolabitq;  
uictulum coram dño: et offerent  
filij aaron sacerdotis sanguinem  
eius fundentes p altaris circuitum.  
quod est ante ostium tabernaculi.  
Detractaq; pelle hostie. artus in fru-  
stra concident: et sufficien t in al-  
tarī ignem frue lignorū ante po-  
sita et membra quę cesa sunt de-  
sup ordinantes. caput uidelicet  
et cuncta quę adherent ictori. in  
testimis et pedibus lotis aqua. Ad  
olebitq; ea sacerdos sup altare: in ho-  
locaustum et suauem odorēm dño.  
Quod si de pectoribus oblatio est  
de ovis sine de capris. holocaustū  
agniculum et absq; macula offe-  
ret. immolabitq; ad latuī altaris  
quod respicit ad aquilonem: corā  
dño. Sanguinem uero illius fun-

dent sup altare filij aaron per circum-  
 cillum: diuidentq; membra caput  
 et omnia que adherent ictori. et  
 imponent sup ligna quib; subiacen-  
 dos est ignis. in testina uero et pe-  
 des lauabunt aqua. Et oblata om-  
 ma adolebit sacerdos sup altare. in  
 holocaustum et odorem suauissimū  
 dñō. Si autē de aubus holocausti  
 oblatio fuerit dñō de turribus  
 et pullis columbē: offerit eam sa-  
 cerdos ad altare. et retro ad collū  
 capite ac rupto vulneri loco: de-  
 currere faciet sanguinem sup cre-  
 pidinem altaris. Vesiculam uero  
 gutturis et plumas proicit propter  
 altare ad orientalem plagam: in  
 loco in quo cineres effundi solent.  
 Confringetq; ascellas eius. et non  
 secabit nec ferro diuidet eam: et  
 adolebit sup altare lignis igne  
 subposito. Holocaustum et obla-  
 tio suauissimi odoris dñō. Anima  
 cum optulerit oblationem sacrifici-  
 ej dñō: simila erit eius oblatio.  
 Fundetq; sup eam oleum et ponet  
 thus: ac defret ad filios aaron sa-  
 cerdos. Quorum unus tollet pu-  
 gillum plenum simile et oleum ac  
 totum thus: et ponet memoria-  
 le sup altare in odorem suauis-  
 sum dñō. Quod autem reliquū  
 fuerit de sacrificio: erit aaron et  
 filiorum eius. sanctum sanctorū  
 de oblationib; dñi. Cum autem  
 optuleris sacrificium coctum in  
 cibano de simila. panes salient  
 absq; fermento conspersos oleo et  
 lagana azima oleo lita: si obla-  
 tio tua fuerit de sartagine simile

consperso oleo et absq; fermento. di-  
 uides eam minutatim et fundes  
 supra oleum. Si autē de craticula  
 sacrificium equē simile: oleo con-  
 spergetur. Quam offerens dñō: tra-  
 des manibus sacerdos. Qui cum  
 obtulerit eam: tollet memoriale  
 de sacrificio et adolebit sup altare  
 in odorem suauitatis dñō. Quicqđ  
 autem reliquum est: erit aaron  
 et filiorū eius. sanctum sanctorū  
 de oblationib; dñi. Omnis obla-  
 tio que offertur dñō. absq; ferimen-  
 to ficit: nec quicquam fermenti ac  
 mellis adolebitur in sacrificio dñi.  
 Primitias tantū eorum offertas et  
 munera. Sup altare uero non po-  
 nent in odorem suauitatis. Quicqđ  
 obtuleris sacrificij sale condies: nec  
 auferes sal fedelis dei tuū de sacri-  
 ficio tuo. In omni oblatione: offeres  
 sal. Si autē obtuleris minus pri-  
 mitiarum frugum tuarum dñō  
 de spicis adhuc uirentib; torres  
 eas igni et confringes in morem far-  
 ris. et sic offeres primitias tuas dñō.  
 fundes sup eam oleum et thus impo-  
 nens: quia oblatio dñi est. De qua  
 adolebit sacerdos in memoriam mu-  
 neris partem farris fracti et oler: ac  
 totum thus. Quod si hostia pacifico-  
 rum fuerit eius oblatio. et de bobus  
 uoluerit offerre marim siue semini-  
 nam immaculatā: offeret coram  
 dñō. Ponetq; manū sup caput uichi-  
 me siue que immolabitur in introi-  
 tu tabernaculi: fundentq; filij aá-  
 ron sacerdos sanguine per circu-  
 tum altaris. et offerent de hostia  
 pacificorū in oblationem dñō ad

ipem qui operit uitalia. et quicqd  
pinguedinis in insectus est. duos  
renes cum adipe quo teguntur illa.  
et reticulum iecoris cum renunci-  
lis. Adolebitqe; ea sup altare in  
holocaustum lignis igne sub posito:  
in oblationem suauissimi odo-  
ris domino. Si uero de oib; fuerit eius ob-  
latio et pacificorum hostia: siue  
masculum siue feminam obtule-  
rit. immaculata erunt. Si agnum  
obulerit coram domino: ponet manu  
supra caput victime sue. Quem im-  
molabitur in uestibulo tabernaci-  
li testimonij: fundentqe; filii aaron  
sanguinem eius per altaris circu-  
lum. et offerent de pacificorum ho-  
stia sacrificium domino. adipem et  
caudam totam cum renib; et pim-  
puedine quem operit uentrem atq;  
uniuersa uitalia. et utrumqe; re-  
nunculum cum adipe qui est  
iuxta illa. reticulumqe; iecoris cum re-  
nunculis. Et adolebit ea sacerdos  
sup altare in pabulum ignis et ob-  
lationis domino. Si capra fuerit eius ob-  
latio. et obulerit eam domino: ponet  
manum suam sup caput eius. im-  
molabitqe; eam in introitu taber-  
nacu*li* testimonij. Et fundent filii aa-  
ron sanguinem eius sup altaris cir-  
culum: tollentqe; ex ea in pastum  
ignis dominici adipem qui operit  
uentrem. et qui tegit uniuersa ui-  
talia. duos renunculos cum reticu-  
lo qui est sup eos iuxta illa. et arui-  
nam iecoris cum renunculis. Ado-  
lebitqe; ea sacerdos sup altare in ali-  
moniam ignis et suauissimi odo-  
ris. Omnis adeps domino erit iure p-

petuo in generationibus et auctis  
habitaculis uris: nec adipem nec  
sanguinem comedat. Locutusq;  
est domino ad moysen dicens. Loquere  
filii isrl. Anima cum peccauerit per  
ignorantiam et de uniuersis man-  
datis domino quem precepit ut non fieret  
quipiam fecerit: si sacerdos qui est  
uncius peccauerit delinquere faci-  
ens populum. offert pro peccato  
suo uitalium immaculatum domino.  
et adducet illum ad ostium taber-  
naculi testimonij coram domino. po-  
netqe; manum sup caput eius. et im-  
molabit eum domino. hauriet quoqe de  
sanguine uiculi: inferens illum in  
tabernaculum testimonij. Cumq;  
intinxerit digitum in sanguine:  
asperget eum septies coram domino. con-  
tra uelum sanctuarij. Ponetqe; de  
eodem sanguine sup cornua alta-  
ris thymiamantis gratissimi domino:  
quod est in tabernaculo testimonij.  
Omnem autem reliquum sangu-  
inem fundet in basim altaris holo-  
causti in introitu tabernaculi: et  
adipem uiculi offert pro peccato.  
tam cum qui operit uitalia. quia  
omnia quem in insectus sunt. du-  
os renunculos i reticulum quod est  
sup eos iuxta illa. et adipem ieco-  
ris cum renunculis. sicut offeruntur  
de uitulo hostie pacificorum. et ad-  
olebit ea sup altare holocausti. Pe-  
lcm uero et omnes carnes cum ca-  
pit et pedib; et intestinis et fimo.  
et reliquo corpore. effert extra ca-  
stra in locum mundum: ubi cine-  
res effundi solent. Incendetqe; ea  
sup lignorum fruem: quem in loco

cessorum cinerem cremabuntur.  
Quod si omnis turba Israhel ignorauerit. et per imperia mea fecerit quod contra mandatum domini est. et postea intellexerit peccatum suum: offeret vitulum pro peccato. Adducetque eum ad ostium tabernaculi: et ponent seniores populi manus super caput eius coram domino. Immolatoque vitulo inconspectu domini: inserit sacerdos qui unctus est de sanguine eius in tabernaculum testimonij tunc dacto aspergens septies contra uelum. Ponetque de eodem sanguine in cornibus altaris quod est coram domino: in tabernaculo testimonij. Rediquum autem sanguinem fundet iuxta basem altaris holocausti: quod est in ostio tabernaculi testimonij. Omnesque eius adipem tollent et adolebit super altare: sic faciens et de hoc vitulo. quomodo fecit et prius. et rogante pro eius sacerdote: propitius erit dominus.

Ipsum autem vitulum efficeret ex casta atra: comburet sicut et priorem vitulum: quia pro peccato est multitudinis. Si peccauerit princeps. et fecerit unum e pluribus per ignorantiam quod domini lege prohibetur: et postea intellexerit peccatum suum: offeret hostiam domino. hyrcum de capris immaculatum. ponetque manus suam super caput eius. Cumque immolauerit eum in loco ubi solet mactari holocaustum coram domino quia pro peccato est: tinguet sacerdos digitum in sanguine hostie pro-

peccato. tangens cornua altaris holocausti. et reliquum fundens ad basem eius. Adipem uero adolebit supra: sicut in victimis pacificorum fieri solet. Rogabitque pro eo et pro peccato eius ac dimittetur ei. Quod si peccauerit anima per ignorantiam de populo terre. ut faciat quicquam ex his que domini lege prohibentur atque delinquat. et cognoverit peccatum suum: offerat capram immaculatam. Ponetque manum super caput hostie quae pro peccato est: et immolabit eam in loco holocausti. Tollebatque sacerdos de sanguine in dacto suo: itaque cornua altaris holocausti. reliquum fundet ad basem eius. Omne autem auferens adipem sicut auferri solet de victimis pacificis adolebit super altare in odore suavitatis domino. Rogabitque pro eo: idmittetur ei. Si autem de pecoribus obuicit victimam pro peccato. ouem scilicet immaculatam: ponet manum suam super caput eius. et immolabit eam in loco ubi solent holocaustorum cedi hostie. Sumetque sacerdos de sanguine eius in dacto suo: et tangens cornua altaris holocausti. reliquum fundet ad basem eius. omnem quoque auferens adipem. sicut auferri solet adipescantibus qui immolantur pro pacificis. et atmabit super altare in incensum domini. Rogabitque pro eo et pro peccato eius: et dimittetur illi. Si peccauerit anima et audierit vocem iurantis. testisque fuerit quod auct ipse uidit. aut conscius est: nisi indicauerit portabit iniuriam suam. Anima

que tetigerit aliquid immundum.  
sive quod occisum abestia est. aut p  
se mortuum. uel quodlibet aliud  
repale. et oblitera fuerit immunditia  
sue: rea est et deliquit. Et sittige  
rit quicquid de immunditia ho  
minis iuxta omnem impuritatem  
quae pollui solet. obliteraque; cognos  
uerit postea: subiacebit delicto.  
**A**nima que iurauerit et protule  
rit labijs suis. ut uel male quid fa  
ceret uel bene. et id ipsum iuramen  
to et sermone firmauerit. obliteraque;  
postea intellexerit delictum suum:  
agat penitentiā pro peccato. et of  
ferat agnum de gregib; sive caprā.  
Orabitque; pro eo sacerdos: et pro pecca  
to eius. Si autem non potuerit offer  
re peccatis: offerat duos turtures uel  
duos pullos columbarium dño. unū  
pro peccato et alterum in holocau  
stum. dabitque; eos sacerdoti. Qui pri  
mum offerens pro peccato. rorique  
bit caput eius ad penulas ita ut  
collo hercet et non permis abru  
patur: et asperget de sanguine ei  
parietem altaris. Quicquid autem  
reliquum fuerit. faciet destillare ad  
fundamentū eius: quia pro pecca  
to est. Alterum uero adolebit in  
holocaustum: ut fieri solet. Roga  
bitque; pro eo sacerdos et pro peccato  
eius: et dimittetur ei. Quod si non  
quiuerit manus eius offerre du  
os turtures uel duos pullos colum  
be. offeret pro peccato simile partē  
ephi decimam. Non mittet in eam  
oleum nec thuris aliquid impo  
net: quia pro peccato est. Tradetque;  
eam sacerdoti. Qui plenum ex eo

6 vi.

pugillum bauriens tremabit sup  
altare in monumentū eius qui ob  
tulit: rogans pro illo et expians.  
reliquam uero partem: ipse habe  
bit immunere. Locutus est dñs ad  
moysen dicens. **A**nima si prouari  
cans ceremonias per errorem in  
his quae dño sunt sacrificata pet  
cauerit: offeret pro delicto suo an  
cem immaculatum de gregibus  
qui emi potest duob; sicut iuxta  
pondus sanctuarij. Ipsumque; quod  
intulit dampni restituere: et quin  
tam partem ponet supra. tradens  
sacerdoti. Qui rogabit pro eo offe  
rens aritem: et dimittetur ei. Ani  
ma si peccauerit per ignorantiam.  
feterit; unum ex his quae dñi lege  
probibentur: et peccati rea intelle  
xerit iniquitatem suam: offeret  
aritem immaculatum de gregibus;  
sacerdoti iuxta mensuram estima  
tionemque; peccati. Qui orabit pro  
eo quod nesciens fecerit et dimis  
titetur ei: quia per errorem deliq  
to dño. **L**ocutus est dñs ad moy  
sen: dicens. **A**nima que peccauerit  
et contempto dño negauerit deposi  
tum proximo suo quod fidei eius cre  
ditum fuerat. uel in aliquid extor  
serit. aut calumpniam feterit. sive  
rem perditam inuenierit. et insci  
ans insup periuauerit. et quod  
libet aliud ex pluribus fecerit in quo;  
peccare solent homines: conuicta  
delicti. reddet omnia que per frau  
dem uoluit opacare integra. et quoniam  
insup partem dño cui damp  
num intulerat. Pro peccato autem  
suo offeret aritem immaculatum

de grege: et dabit eum sacerdotu  
iuxta estimationem mensuramq;  
delicti. Qui rogabit pro eo coram  
dño. et dimittetur illi: pro singu  
lis que faciendo peccauit. **L**ocu  
tus est dñs ad moysen dicens. Pre  
cipe aaron et filijs eius. Hec est lex  
holocausti. Cremabitur in altari  
tota nocte usq; mane. Ignis: ex eo  
dem altari erit. Vestitur sacerdos  
tunica et seminalib; lincei. tolletq;  
cyneres quos uorans ignis exuissit.  
et ponens iuxta altare spoliabitur  
prioribus uestimentis. Indutusq;  
alijs effert eos extra castra. et in  
loco mundissimo usq; ad fauillā  
consumi faciat. Ignis autem in  
altari semp ardebit. quem nutrit  
et sacerdos subiens ligna mane  
per singulos dies: et imposito ho  
locausto desup adolebit adipem  
pacificum. Ignis est iste perpetuus:  
qui nunquam deficiet in altari.  
Hec lex sacrificij: et libamentorum  
que offerent filii aaron coram do  
mino et coram altari. Tollit sacri  
dos pugillum simile que consp  
sa est oleo et totum thus quod su  
per similam possum est: adole  
bitq; illud in altari in monumen  
tum odoris suauissimi dño. Rdiq;  
autē partē simile comedet aaron  
cum filijs suis absq; fermento: et  
comedet in loco sanctuarij taber  
naculi. Ideo autē non fermenta  
bitur: quia pars eius in dñi offer  
tur incensum. Sanctum sanctorū  
erit: sicut pro peccato atq; dedicato.  
Mares tantum stirpis aaron co  
medent illud. Legitimum ac sem

pternum est in generationibus iuris  
de sacrificijs dñi. Omnis qui tenge  
rit illa: sacrificabitur. Et locutus  
est dñs ad moysen: dicens. **H**ec est  
oblatio aaron et filiorum eius: quā  
offerre debent dño in die unctionis  
sue. Decimam partem cphbi offerent  
simile in sacrificio sempiterno: me  
dium eius mane. et medium uel  
pere. que in sartagine oleo consp  
rigetur. Offeret autem eam calidā  
in odorem suauissimū dño. sacer  
dos qui patrī iure successerit: et to  
ta cremabitur in altari. Omne enī  
sacrificium sacerdotum igne con  
sumetur: nec quisquā comedet ex eo.  
**L**ocutus est dñs ad moysen dicens.  
Loquere aaron et filijs eius. Ista est  
lex hostię pro peccato. In loco ubi  
offeritur holocaustum: immolabit  
coram dño. Sanctum sanctorū est.  
Sacerdos qui offerit comedet eā in  
loco sancto: in atrio tabernaculi.  
Quicquid trigerit carnes eius: san  
ctificabitur. Si de sanguine illius  
uestis fuerit asp̄sa: lauabitur in lo  
co sancto. Uas autē siccile in quo  
cocta est: confringetur. Quod si uas  
encum fuerit: defricabitur et laua  
bitur aqua. Omnis masculus de  
genere sacerdotali uestitur carni  
bus eius: quia sanctum scōrum  
est. Hostia enī que c̄datur pro pe  
ccato cuius sanguis inseritur in ta  
bernaculū testimonij ad expian  
dum in sanctuario: non comedet  
ur. sed comburetur igni. Hec q̄q;  
est lex hostię pro delicto. Sancta  
sanctorū est. Icaro ubi immola  
bitur holocaustum: mattabitur

et uictima pro delicto. Sanguis eius pergyrum fundetur altaris. Offerent ex ea caudam et adipem qui operit uictimam duos renunculos. et pinguedinem quem uictima illa est. reticulumque iecoris cum renunculo. et adolebit ea sacerdos super altare. Incensum est domini pro delicto. Omnis masculus de sacerdotali genere in loco sancto uescitur his carnisbus. quia secundum sanctorum est. Sicut pro peccato offeruntur hostiae ita et pro delicto. Utriusque hostie lex una erit. Ad sacerdotem qui eam obulerit pertinebit. Sacerdos qui offerat holocausti uictimam habebit pellem eius. Et omne sacrificium simile quod coquitur in tabernaculo. et quicquid in craticula uel in sartagine preparatur eius erit sacerdotio eius aquo offeratur. siue oleo conspersa. siue arida fuerit. Cum tuis filiis aaron equa mensura per singulos diuidetur. Hec est lex hostie pacificorum quem offeritur domino. Si pro gratiarum actione fuerit oblatione. offerent panes absque fermento conspersos oleo. et lagana azima uncta oleo. coctamque similem. et colliridas olei admixtione conspersas panes quoque fermentatos cum hostia gratiarum quem immolatur pro pacificis ex quibus unus pro primis offeretur domino. et erit sacerdos qui fundet hostie sanguinem. Cuius carnes eadem comedentur die nec remanebit ex eis quicquam usque mane. Si uoto uel sponte quis quam obulerit hostiam. eadem similiter edetur die. Sed et si quid in crastinum remanserit. uesta

licatum est. Quidquid autem terius inuenient dies ignis absument.

**S**i quis de carnisbus uictime pacificorum die tertio comedenter. ueritas fiet oblatio. nec proderit offerenti. Quin potius quicunque anima talis se edulio contaminauerit. preuariationis rea erit. Caro quem aliquid tangere immundum. non comedetur sed comburetur igne. Qui fuerit mundus. uescetur ea. Anima polluta quem ederit de carnibus hostie pacificorum quem oblata est domino. peribit de populis suis. Et quem tangere immunditudinem hominis uel iumenti siue omnisi rei quem polluere potest. et comedenter de huiusmodi carnisbus interibit de populis suis. Locutusque est dominus ad moysen dicens. Loquere filius israel. Adipem bouis. et ovis. et capre. non comedatis. Adipem cadaveris mortuorum et eius animalis quod a bestia captum est. habebitis in usus uanorum. Si quis adipem qui offerri debet mincensum domini comedenter. peribit de populo suo. Sanguinemque omnis animalis non sumetis in cibos. tam de avibus. quam de pettoribus. Omnis anima quem ederit sanguinem. peribit de populis suis.

**L**ocutus est dominus ad moysen dicens. Loquere filius israel. dicens. Qui offerit uictimam pacificorum domino. offerat simul et sacrificium. id est libamenta eius. Benebit manibus adipem hostie. et peccusculum. Cumque ambo oblata domino consecraverit. tradet sacerdoti. Qui adolebit adipem super altare. peccusculum autem

erit aaron et filiorum eius. Armus  
 quoque dexter de pacificorum ho-  
 stijs. cedet in primis sacerdos.  
 Qui obculent sanguinem et adipem  
 filiorum aaron. ipse habebit et ar-  
 munum dextrum in portione sua.  
 Pettusulum enim elevationis et ar-  
 munum separationis tuli a filiis israhel  
 de hostijs eorum pacificis. et dedi  
 aaron sacerdoti ac filiis eius lege  
 perpetua ab omni populo israhel. Hec  
 est unctionio aaron et filiorum eius  
 in ceremoniis domini die qua obtulit  
 eos moyses ut sacerdotio fungen-  
 tur. et que precepit dari eis dominus  
 a filiis israhel religione perpetua in  
 generationibus suis. Ista est lex ho-  
 locausti et sacrificij pro peccato atque  
 delicto. et pro consecratione. et  
 pacificorum victimis. quas consti-  
 tuuit dominus moysi in monte synai  
 quando mandauit filiis israhel ut  
 offerent oblationes suas domino in  
 deserto synai. **L**ocutusque est dominus  
 ad moysen dicens. Tolle aaron cum  
 filiis suis. vestes eorum et unctionis  
 oleum. incubulum pro peccato.  
 duos arietes. canistrum cum azi-  
 mis. et congregabis omnem gentem  
 ad osnum tabernaculi. **F**ecit mo-  
 yses ut dominus imperaret. Congre-  
 gataque omni turba ante fores. ait.  
 Iste est sermo quem iussit dominus fieri.  
 Statimque obtulit aaron et filios  
 eius. Cumque lauisset eos. uestiuit  
 pontificem subucula linea. ac in-  
 gensque cum balteo et induens vi-  
 nica hyacintha. et desuper hume-  
 rale imposuit. quod astringens can-  
 gulo. aptauit rationali. in quo

VIII.

erat doctrina et ueritas. Cidam  
 quoque textit caput. et super eam contra  
 frontem posuit laminam auram  
 consecratam in sanctificatione sicut  
 preceperat ei dominus. Tulerat et unctionis  
 oleum. quo linuit tabernacu-  
 lum cum omni suppelletili sua.  
 Cumque sanctificans spissat altare  
 septem uicibus. iuxxit illud et omnia  
 uasa eius. Labrumque cum basi  
 sua. sanctificauit oleo. Quod sun-  
 dens super caput aaron. iuxxit eum  
 et consecravit. Filios quoque eius  
 oblatos uestiuit tunica lincea et  
 anexit balteo. imposuitque mi-  
 tras. ut iusserat dominus. Obtulit et  
 uncubulum pro peccato. Cumque super ca-  
 put eius posuissent aaron et filii ei  
 manus suas. immolauit eum hau-  
 ricas sanguinem. Et tincto digito  
 traxit cornua altaris pergyrum.  
 Quo expiato et sanctificato. fudit  
 reliquum sanguinem ad funda-  
 mentum eius. Adipem autem qui crat  
 super intalia. et reticulū ictoris. du-  
 oque renunculos cum arumulis  
 suis adolevit super altare. incubulum  
 cum pelle carnis cum simo cre-  
 mans extra castra. sicut preceperat  
 dominus. Obtulit et anetum in holocau-  
 stum. Super cuius caput cum impo-  
 suisset aaron et filii eius manus su-  
 as. immolauit eum et fudit san-  
 guinem eius super altare per circu-  
 lum. Ipsumque arietem in frusta  
 concidens. caput eius et artus et  
 adipem adolevit igni. Iouis prius  
 intestinis et pedibus. totumque si-  
 mul arietem mandit super altare.  
 eo quod esset holocaustum suauissimum

odori dñi. sicut præperat dñs. Obtu  
lit et arrietem scandum in consecra  
tionem sacerdoti. Posueruntq; sup  
caput illius aaron et filii eius manū  
suis. Què cū imolasset moÿses. su  
mens de sanguine. tenet extreñū  
auriculę dexterę aaron et pollicē  
manus eius dexterę similiter et pe  
dis. Obtulit et filios aaron. Cumq;  
de sanguine arrietis immolati tra  
gisset extreñū auriculę singulo  
rum dexterę. et pollices manus ac  
pedis dextri. reliquum fudit sup  
altare parvum. Adipem uero  
et caudam omnemq; pinguedinem  
que operit muscula recubilūq; reto  
ris et duos renes cum adipib; suis.  
et armo dextro. separauit. Tolle  
autē de canistro azimorum quod  
erat coram dñi panem absq; fermento  
et colliridam conspersam oleo.  
laganumq; posuit sup adipez. armū  
dextrum. tradens simul omnia aa  
ron et filijs eius. Qui postquam leua  
uerunt ea coram dñi. rursum sus  
cepit de manib; eorum. adolcuit  
sup altare holocausti. eo qđ conse  
cracionis esset oblatio. in odorem  
suavitatis sacrificij dñi. Tulerit et  
petrusculum eleuans illud coram dñi  
de ariete consecrationis in partem  
suum. sicut præperat ei dñs. As  
sumensq; unguentū et sanguinem  
qui erat sup altari. aspicit sup aaron  
et uestimenta eius. et sup filios illi  
ac uestes eorū. Cumq; sanctificasset  
eos in uestitu suo. præcepit eis dices.  
Coquite carnes ante fores taberna  
culi. et ibi comedite eas. Panes qq;  
consecrationis edite qui positi sunt

in canistro. sicut præcepit michi dñs  
dicens. aaron et filii eius comedent  
ea. Quicquid autē reliquum fuerit  
de carne et panib;. ignis absumet.  
De ostio quoq; tabernaculi non  
exhibit s̄ septem diebus. usq; ad  
diem quo complebitur tempus con  
secrationis uirg. Septem enim diebus  
finitur consecratio sicut n̄ presen  
tarum factum est. ut ritus sacri  
ficii completeretur. Die ac nocte ma  
nebūs in tabernaculo. obstruan  
tes custodias dñi. ne moriamini.  
Sic enim michi præceptum est. Ecce  
runtq; aaron et filii eius. cuncta que  
locutus est dñs per manum moÿsi.  
¶ix.  
Facta autē octava die. uocauit moy  
ses aaron et filios eius ac maiores  
nati isrl. dixitq; ad aaron. Tolle  
de armento uitulum pro peccato  
et arrietem in holocaustum utrūq;  
immaculatos. et offer illos coram  
dñi. Et ad filios isrl loqueris. Tol  
le h̄yrum pro peccato. et uiu  
lum atq; agnum anniculū et sine  
macula in holocaustum. bouem  
et arrietem pro pacificis. et immo  
late eos coram dñi in sacrificio sin  
gulorum similam oleo conspsam  
offerentes. Hodie enim dñs appare  
bit uobis. Tulerunt ergo cuncta  
que misscerat moÿses ad ostium ta  
bernaculi. ubi cum omnis staret  
multitudo. ait moÿses. Iste est scri  
mo quem præcepit dñs. Facite et  
apparebit uobis gloria eius. Dixitq;  
ad aaron. Accide ad altare. et immo  
la pro peccato tuo. Offer holocau  
stum. et deprecare pro te et pro  
populo. Cumq; mactaueris hostiā

populi: ora pro eo. sicut precepit dñs. Statimq; aaron accedens ad altare immolauit victimum pro peccato suo. Cuius sanguinem obtulerunt ei filii sui. in quo tingēt digitum. tangit cornua altaris: et fudit residuum ad basim eius. Adipemq; et renunculos ac reticulum iecoris quę sunt pro peccato adoleuit sup altare: sicut precepit dñs moysi. Carnes uero et pellem eius. extra castra combusit igni. Immolauit et holocausti victimam. Obuleruntq; ei filii sui sanguinem eius: quem fudit per altaris circumfusum. Ipam etiam hostiam in frusta concisam cum capite et membris singulis obtulerunt. Quę omnia sup altare cremauit igni: locis prius aqua intestinis et pedibus. et pro peccato populi offerens. mactauit hyrcum. Expiatoq; altari. fecit holocaustum. addens in sacrificium libamenta quę pariter offeruntur: et adolens ea sup altare absq; ceremoniis holocausti mactim. Immolauit et bouem atq; arictim hostias pacificali populi. Obuleruntq; ei filii sui sanguinem. quem fudit sup altare mortuui. Adipes autem bovis et caudam arictis. renunculosq; cum adipibus suis et reticulum iecoris. posuerunt sup pectora. Cumq; criniti essent adipes in altari: pectora coram et armis dextros separauit aaron. elevans coram dño. sicut precepit moyses. Et extendens manum ad populum: benedixit eis. Sicq;

completis hostiis pro peccato et holocaustis et pacificali. descendit. Ingrati autem moyses et aaron tabernaculum testimonij. et deinceps egredi. benedixerunt populo. Apparuitq; gloria dñi omni multitudini. et ecce ignis egressus adnō deuorauit holocaustum: et adipes qui erat sup altare. Quod cum uidissent turbae. laudauerunt dñm. ridentes in facies suas. **A**riptisq; nadab et abiu filii aaron turbulisi suis posuerunt ignem et incensum de sup. offerentes coram dño ignem alienum: quod eis preceptum n̄ erat. Egressusq; ignis a dño deuorauit eos: et mortui sunt coram dño. Dixitq; moyses ad aaron. Hoc est quod locutus est dñs. Sanctificabor in his qui appropinquat michi: et in conspectu omnis populi glorificabor. Quod audiens tacuit aaron. Locutus autem moyses misabel et hezaphan filii oziel patru aaron: ait ad eos. Ite et tollite fratres vestros de conspectu sanctuarij: et asportate extra castra. Confestimq; pergentes tulerunt eos sicut iacebant uestitos tunici slineis: et cicerunt foras. ut sibi fuerat imperatum. Locutus est moyses ad aaron. et ad deazar atq; iithamar filios eius. Capita uestra nobis mudare. et uestimenta nobis sondere: ne forte moriamini. et super omnem terram oriatur indignatio. Fratres vestri et omnis domus iste plangant incendium quod dñs suscitauit. Vos autem non egredimini fore tabernali. Alioquin

peribitis. Oleum quippe sancte un  
ctionis super uos. Qui fecerunt om  
nia iuxta preceptum moysi.

**D**ixit quoque dominus ad aaron. Vnde  
et omne quod in ebriare potest  
non bibas tu et filii tui quando  
intrabis tabernaculum testimonio  
meo ne moriamini. quia precep  
tum est sempernum in genera  
tionei vestrae. et ut habeatis sacra  
dam discernendi inter sanctum et  
profanum. inter pollutum et mun  
dum. doceratisque filios israel omnia  
legitima mea que locutus est dominus  
ad eos per manum moysi.

**L**ocutusque est moyses ad aaron  
et ad eleazar atque iacob. filios  
eius. qui residui erant. Tollite sa  
crificium quod remansit de oblati  
one domini. et comedite illud absque  
fermento iuxta altare: quia san  
ctum sanctorum est. Comedetis au  
tem in loco sancto. quod oblatum  
est tibi et filiis tuis de oblationibus  
domini: sicut preceptum est michi.  
Petusculum quoque quod oblatum  
est: et armum qui separatus est  
edetis in loco mundissimo: tu  
et filii tui. ac filie vestre tecum. Tibi  
enim ac liberis tuis reposita sunt  
de hostiis salutaribus fiborum israel:  
eo quod armum et petus et adipes  
qui circumstantur in altari elevauie  
rint coram domino. et permaneant ad  
te et ad filios tuos legi perpetua  
sicut precepit dominus. Inter haec hys  
cum qui oblatus fuerat pro pec  
cato cum quereret moyses: exu  
stum reperit. Irritusque contra de  
